

# THEOB. DE HO- GHELANDE MITTEL- BURGENSIS IN LI- brum de Alchemiæ dif- ficultatibus.

## Proœmium.



*Naturalis philosophiæ partem nobilissimam esse, qua metallorum tractantur principia, causæ, proprietates, passiones, & transmutationes, nemo nisi iniuria in dubium reuocabit. Addidi transmutationes, ut non videar de illa parte Physicæ peruulgata loqui tantum, quæ de metallorum materia & forma, generationis loco, dubilitate, colore, sapore, odore & similibus determinat: sed de ea potissimum, quæ metallum vnum in aliud conuertere docet. Hoc autem possibile esse demonstratione non indiget, cum experientia fidem faciat, oculati testes ubiq; fere terrarum confirmant, & grauissimi auctores asseuerent. Ferrum enim aquis sponte è terra scaturientibus, & facili etiam artificio in æs transit, & hydrargirum cum sulphure excoctum in argentum mutatur, quanquam absq; lucro, nisi maior artificis solertia accedat. Super sunt in Gallia, Anglia, Germania, Bohemia, & Belgio, qui suis manibus puluere quodam minimæ quantitatis, quem tamen ab alijs præparatum accepissent, in argentum viuum igne excalesfactum coniecto, argentum inde vel aurum omni examini subiiciendum retulere. Narrat Cardanus coram Principe*

Alchemia naturalis philosophiæ pars.

Transmutationem metallorū possibile esse docetur.

Experientia Georg. Agric. libr. 9. de nat. fossilium.

Testibus.

Auctoritate,

A

& am-